

quiduis generis eiusdem. Aufert igitur humanitatem, cuius est proprium, & gaudere bonis rebus & dolore contrariis: Tollit enim è vita amicitia quasi è Mundo solem. Quod si propter sollicitudinem fugiendam, amicitia negligenda est, similiter & virtus quæ sollicitudinibus & curis multiplicibus scater, quo nihil potest esse miserius, nihil amentius. Quod sequitur quoque vt excludendum intelligantur insertum est.

## DE IISDEM.

**B**iantis de eadem te cõsiliu notũ est. Ita vtendum amicitis, vt meminimus ex amicis inimicos acerrimos fieri posse: Sine vt in dialogo Lælij scriptum est: Ita amare oportere, vt aliquando sis osurus. Quod si diligentius consideretur, perquàm vtile reperiri Valerius astruit: Ego dolosum etsi vrgear, callidum fortè non negabo, sed idem sentio quod Ciceronianus Scipio, nullam vocem amicitia inimicitiorem potuisse reperiri: Nec induci possum, vt à Blante dictum putem, quod is Sapientia cognomine clarus sit, sed ab impuro potius aliquo, vel ambizioso, ad suam potentiam reuocante. Sane cuiuscunque dictum ad extinguendas

amicitias